



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

Capvt X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

III. Nihil esse miserabilius aut periculosius au-
Nihil auli- lica vita, quæ innumerabiles vitæ ærumnas
ca vita mi- molestiasq; quotidianas in se complectitur,
serabilis. ita ut sine labore ac sudore maximo ibi nihil
 acquirere aut cōparare possis. Quamobrem
 aulicis possessiones suas inuidere nemo de-
 bet. Porrò v̄statissimum & frequētissimum
 est, ab aula sine indignatione, odio, ira, &
 principum offensione recedere facile nemine.

C A P V T X.

A R G U M E N T U M .

Augusta Vulpes fit consiliarius aula,

Scrinio lis Regis praficiturq; sui.

Quicquid adhuc hodie Vulpes conātur, agūtq;

Innumeris gratum regibus esse solet.

SEdens in alta curia
Rex inquit ornatisimus,

Quid indiget res pluribus

Verbisq; longioribus?

Satis superq; Reinike

Causam tuam cognouimus.

Et pectus intelleximus.

Iam dignare ddens pramia,

Inter supremos regia

Virosq; nobilissimos,

Te colloca bo curia,

Noctes diesq; singulos

Officium *Tu Regis v̄negotia*

fidelis can *Secreta tractes omnia,*

cellarij. *Meisq; præsens serujs*

Deliberationibus.

Non

Non interessē negligas.

Per me salutem pristinam

Nunc restitutam suscipe.

Pro dignitate regia

Tu diligenter excuba,

Et aufer in fortunā.

Ab arce nostra, muneris

In functione per uigil.

Tum cuncta sollers omnibus

Interpretare candide,

Sua sōre te diuitus

Ne quis se natus curia

Carere, nec collegia.

Illi tuis fallacij.

Dolis stupendis in super

Ad nostrat tandem commoda.

Vt aris & negotia.

Sic in supremo Regie

Splendore collocaberis,

Et ante nostri spiritus

Relinquet ossa corporis,

Quād denuo belinuidi

Vllius Ellas aulice.

De te, querelas audiam.

Meoq; cuncta nomine

Legationum munera

Obibis, atq; singula

Responsa posces omnium,

Regniq; Cancellarius

Ab omnibus vocaberis,

Et tam tua committimus

Fidei Sigillum Regum.

Reinike Re
gius effici-
tur Can-
cellarius.

*Tu quicquid ob signaueris,
Notaris, atq; scripseris,
Ratum manebit perpetim.*

Reinike a- Sic Reinike fidissimus
pud omnes Adhuc in aulis principum,
adhuc con- Et omnibus negotijs
filiarius Consultor est charissimus;
manet ac- Nam seu salutem patriæ,
ceptissi- Seu damnata fallax parturit:
mus. Is ceteris fidelior,
Præstuntiorq; creditur.

COMMENTARIA.

I.
*Fidelis con- rum omnia honestè, apertè & candidè agere,
filiarij
quod sit
munus.*

Fidelis consiliarij officium quod sit, nimi-
tum omnia honestè, apertè & candidè agere,
omnia mitiorem in partem scientissimè in-
terpretari, ut negotia quævis tum ad domini
ipsius cōmodum, tum etiam Reip. subdito-
rumq; utilitatem cedant cōmunem, denique
ad honestum & laudabilem dirigantur exitū.

II.

Quod calliditas hominū vaferrimorum,
maliciosorum, & veteratorū, qui ad quasuis
machinationes, fraudes atq; insidias excogi-
tandas idonei reperiūtur, non vera appellan-
da sit prudētia, sed is iure sapiens dicendus,
*Quis sit me- qui admirabili inflammatuſ gloria ingenij
ris dicens. omnem intellectum & acumen ad sancta &
dus sapiēs. casta incredibilium virtutum dirigit officia.*

CAPVT XI.

ARGVMNTVM.

*Officijs Vulpes & honoribus auctarecedit,
Ex patrīam repetit nobilitata domum.*

Vitor